



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.41. Responsum Iberis datum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

qui Laurentium in profectione Romana Sæculum VII
comitatus fuerat; sed & ipsa Sedes Ca- A.C. 601.
thedralis S. Augustini speciem Monaste-
rii referebat, quippe cum suis Clericis,
qui etiam Monachi erant, vitam com-
munem degebant.

§. XLI.

Responsum Iberis datum.

Illo tempore, quo S. Gregorius Mellitum mittebat in Angliam, eum Quiricius Episcopus Iberiæ, quæ Provincia (*) Ponto Euxino contermina erat, nomine omnium Catholicorum illius Regionis consuluit, an Episcopi, populique, qui abjecta Hæresi Nestoriana ad Ecclesiam Catholicam redirent, baptizandi essent, aut sufficeret, Confessionem Fidei eorum recipere. S. Gregorius Quiricio respon- IX. epist. 61.
dit: *A Patribus nostris accepimus, illos,*
qui in Hæresi in Nomine Trinitatis ba-
ptizati fuerunt, ad Sinum Ecclesiæ Un-
ctione Chrysostomis, Impositione manuum,
aut sola Fidei Professione recipi. Unde
Ariani in Oriente Impositione manuum;
in Occidente Unctione; Monophysitæ, a-
liiique sola Fidei Professione recipiuntur.
Monophysitæ a Græcis dicebantur, qui unam tantum Naturam sicut Eutychiani in JESU Christo confitebantur. S. Gre-
gorius

Oo 5

(*) Illi populi hodie Giorgiani dicuntur.

Sæculum VII gorius prosequitur: *At baptizantur illi*
A. C. 601. *Hæretici, qui in Nomine Trinitatis non*
fuerunt baptizati, quales sunt Bonosiani,
qui JESUM Christum Deum esse non cre-
dunt, & Cataphryges, qui credunt, Mon-
tanum esse Spiritum Sanctum. Nec ti-
mendum, ne in iis iteretur Baptismus,
quem nunquam acceperunt. Nestoriani
in Nomine Sanctæ Trinitatis baptisati
sunt, idcirco solum in vera Doctrina de
Incarnatione erudiendi sunt, ut credant,
eundem JESUM Christum esse Filium Dei,
& Filium hominis, banc Veritatem pu-
blice confiteantur, Nestorio & omnibus
ipsius Sectatoribus Anathema dicant, &
se Concilia, quæ recipiuntur ab Ecclesia,
recipere promittant. Ita illos admitti-
re non dubites; imo poterunt in Eccle-
siis suis Ordinem, in quo sunt, retinere,
ut bac spe facilius reducantur.

§. XLII.

Res Africæ.

I. epist. 8.

Cum Diaconus ex Numidia quereretur,
 se ab Episcopo suo injuste depositum
 fuisse; S. Gregorius aliunde certior factus,
 depositum fuisse ob admissum Impudici-
 tiæ crimen, datis litteris ad Columbum
 illius Provinciæ Episcopum, cuius fidem
 sibi perspectam habebat, dicit: *Sire usque*
includatur, & pœnitentiam agat, si in-
nocens, Ordini suo restituatur, & Epis-
copus